



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Collegiis Canonicorum Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasque Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XXV. Caczesiense Collegivm Canonissarum in Germania.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

quæ post mortem mariti sui *Boggi* dote contenta, Deo seruire fategit & pauperibus. Sacerdotes & sacros Ecclesiæ ministros in Domino dilexit, Ex suis bonis Ecclesias fundauit, maximè *Amaniensem*, in qua & quiescit. Ab ea quoque multa prædia habet Leodiensis Ecclesia Sancti Lamberti, sub quo Præsule floruit. Transtulit autem reliquias & è terra leuauit *Sanctus Floribertus*, Sancti Huberti in Episcopatu successor, VII. Idus Iulij. Quiescit Amanix in collegiata S. Georgij, sui que nominis Ecclesia, vno milliari ab Huyo.

CAPVT XXV.

CACZESIENSE COLLEGIVM

Canonissarum in Germania.

COxiense, Caziense, vel Caczesiense illustrium nobiliumque Virginum ab omni professione ac voto liberarum (quas vulgò Canonissas vocant, quibus item liberum est nubere) amplissimum in Tumiliafca superioris Rhetix tractu ad Rhenum collegium: fundatum est pro 12. nobilibus puellis, earumque gubernatrice Abbatissa, in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli, anno gratiæ per Christum reparatæ Septingentesimo sexagesimo à Victore XV. Episcopo Curiensis Ecclesiæ. Fundator in choro huius templi quiescit, cuius tumulo talis est superaddita inscriptio: *Victor Episcopus Curiensis vnà cum matre sua*

*sua fundator huius Monasterij, & cum eo Paschalis
Episcopus Curiensis, genitor & antecessor eius.*

CAPVT XXVI.

MATSEENSE COLLEGIVM IN
Germania.

Monasterium istud fundatū est à The-
salone, Duce Bauariæ, religionis ac
pietatis studioliissimo Principe, vnà cum alijs
quibusdam monasterijs, circa annum 760. te-
ste Auentino. Hoc monasterium Carolomā-
nus Rex tradidit, ac donauit monasterio à se
exstructo, in loco, qui dicitur *Ottinga*, cum
omnibus suis pertinentijs, anno primo regni
sui, indictione 9. Actum Mathechouæ curte
regia.

Castrum ac Dominium *Matsee*, pertinuit
aliquando ad Ecclesiam Patauiensem, quod
Georgius Episcopus Patauiensis, vnà cum suo
Capitulo vendidit Pilegrino Archiepiscopo
Salisburgensi, cum omnibus suis pertinentijs,
anno 1396. aliàs 1398. Est hodie ibi Decanus,
vnà cum aliquot sæcularibus Canonicis, qui
quoad spiritualia adhuc subsunt Patauiensi E-
piscopo, sed quoad temporalia Salisburgensi,
soluo iure supremæ Ducalis potestatis atque
imperij Ducum Bauariæ, secundum concor-
data cum Archiepiscopo Salzburgensi inita.
Sic Hundius in Metropoli sua Salisburgensi.

CAPVT